Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Ezechiel

urn:nbn:de:bsz:31-72803

rum qui eos quesituri erant interimere fugientes post hec nabuchodonosor de-
scendens in egyptum eam subvertit et regem occidit. Filium eius constitu-
ens iudeos iterum duxit captivos in babilonem. Hanc captivitatem
ne lidaz predixerat ezechiel in chaldea. historia de ezechiel

Hystoria Ezechielis

Ezechiel fuit filius busi de genere sacerdotum hic in ba-
bilone ductus cum rege ioachim et matre eius cum daniele
et tribus pueris. Hic habitabat iuxta fluvium chobar.
Hic prophetavit captivis in babilone eversionem urbis ierusalem
et templi incendium et omnia que in eum acciderunt ut aut-
autoritate eius proberet. Deus ostendit ei quasdam visiones similitudine
scilicet hominis leonis vituli et aquile que solum ad prefigurandum evange-
listas sed ut ostenderet deum ysrael dominum esse tocius creature. Hec di-
gniora animalia omnes intelligentes creature. Homo cum preest ceteris anima-
libus. Aquila vero avium. Leo ferarum. Bos iumentorum. Sub quibus vero
vidit rotam in medio rote ut ostenderet circumvolucionem omnium elementorum
in dei esse voluntate. Et super hec vidit firmamentum colorem zaphirini.
Et super firmamentum erat similitudo throni. Et super thronum similitudo quasi
aspectus hominis. Et ait dominus ad eum fili hominis mitto te ad filios ysrael quia
domus exasperans est si forte audiat et quiescat et sciat quia propheta
fuerit in medio eorum. Et ecce manus missa ad eum in qua erat liber scrip-
tus intus et foris et scripta erat in eo lamentaciones. Et ait dominus ad eum co-
mede volumen istud quod dedi va mea in ore tuo et factum est. Aut spiritus domini
levavit prophetam inter celum et terram et duxit eum in ierusalem et vidit a-
quilone in introitu porte ydolum baal et ulterius vidit universa ydola
domus ysrael depicta in circuitu per totum et lxx viri de senioribus stabant
et iezonias sacerdos cum eis et unusquisque habebat thuribulum in manu sua
et vapor nebule consurgebat de thure. Et in ingressu per hostium ad aquilonem vi-
dit mulieres plangentes thamuz id est adonidem mortuum et laudantes re-
divivum videtur. Et ecce ab aquilone venientes sex viri habentes vasa
interitus in manibus suis. Post multa spiritus reduxit prophetam in caldea. Et locutus est
ad transmigracionem quecumque ostenderat ei dominus. Et factum est in duodecimo anno
transmigracionis venit quidam ad ezechielem qui fuerat de ierusalem dicens
vastata est in nocte ei predicti [illegible] futura. Et audiens
omnis transmigracio excidium urbis et incendium templi. Desperavit spe-
rit spes mea occisi sumus nec resurgemus. Et clamat ezechiel hec
dicit dominus. Cum sanctificatus fuero in vobis tollam vos de universis
terris et effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris. Et factus est spiritus domini super ezechielem et duxit eum
in campo qui erat plenus ossibus siccis. Et ait ad eum fili hominis putas
ne vivent ossa ista. Et dixit domine tu scis. Et dixit. Dic ad ossa
ista arida hec dicit dominus. Ecce dabo super vos nervos succrescere faciam
carnes et superextendam cutem et dabo vobis spiritum et vivetis. Et co-
loquente factus est sonus et commotio. Et accesserunt ad ossa unumquodque
ad iuncturam suam. Et ecce super ea nervi et carnes et cutis sed spiritum non
habebat. Et dixit ad prophetam dominus. Clama ad spiritum et dices hec dicit
dominus a quatuor ventis veni spiritus et insuffla super interfectos istos
et reviviscant. Et sic factum est. Et venientes steterunt super pedes
suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit dominus ossa hec universa
domus ysrael est. Et reposuit spiritus domini prophetam in medio transmigratorum et
locutus est ad eos que monstraverat ei dominus de [illegible]

eorum a captiuitate et resurrectionis eorum usque ad finem. In tricesimo quinto anno trans-
migrationis postquam percussa est ciuitas facta est manus domini super Ezechi-
ele et adduxit eum in spiritu in terram Israel super montem excelsum. Et ostendit
ei descriptionem ciuitatis et templi. Porro in Caldea inter captiuos Iudeorum
tres fuisse fratres leguntur et perhibent quosdam de tribu Gad et Dan eorum in
dominium committentes impia legis prosequendo custodiebant et fecerunt contra eorum
[illegible] matrimonium. Ita filii eorum et uniuersa pecora eorum a serpentibus
perierunt. Et preceperunt ut tribus ille non reuerterentur ad propria sed in medijs
regionibus remanerent propter quod [illegible] in eum distraxerunt eum
equis pro [illegible] saporum et [illegible] eum et sepelierunt
in sepulchro Semi et Arphaxat. Iste propheta dedit signum populo in fluuio
Thobie quando Caldei irruerunt super captiuos, nec pedibus suis super
aquas ambulans cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit
et Caldeus hostium eius sequebatur submersus fuit. Et qui uolebat subito
largam piscium copiam populo prestitit ad uescendum. *Historia Thobie*

Hystoria Thobie

Hystoria Thobie. Quo ordinem habuit in captiuitate decem
tribuum hanc transtulit Ieronimus ad petitionem Cromatij et
Heliodori episcoporum de sermone Chaldeorum in latinum. Thobias
[illegible] tribu Neptalim fuit. Cumque ceteri ad
Thobias [illegible] quos fecerat Ieroboam ipse ascendebat in
Ierusalem ut adoraret deum Israel primitias et decimas offerens ita ut
tercio anno proselitis et aduenis decimas ministraret. Decimas in orbe
in terras annos [illegible] et aduenis. Cum autem uir esset accepit sibi uxorem
legem dei puer obseruabat. Cum factus esset autem uir accepit sibi uxorem
Annam de tribu sua et susceptum ex ea filium nomine suo uocauit Thobiam.
Captus quidem cum uxore sua et filio habitauit in Niniue et custodiuit
cor suum ne quis contaminaretur in cibis gentilium. Et dedit illi deus gratiam
[illegible] et cetus Salmanasar qui dedit ei potestatem circa captiuos faciendi quecumque
uoluisset. Cumque de ambularet per regionem cum captiuis dans monita
salutis uenit in Rages ciuitatem Medorum et uidit contribulem suum Ga-
belum egentem et reliquid ei sub cirographo decem talenta argenti.
Mortuo autem Salmanasar filius eius Sennacherib filios Israel habuit
exosos. Cumque reuersus esset Sennacherib a Iudea fugiens manum
domini irascens multos Hebreorum occidit quorum corpora Thobias sepeliuit. Quod
intelligens rex tulit eius substantiam et cum iussit occidi. Thobias uero
fugiens latuit per quadraginta quinque dies et cum esset rex occisus a filiis suis rediit Tho-
bias et restituta sunt ei ablata. Quadam die cum parato esset prandium in
domo Thobie dixit ad filium. Vade et adduc aliquos de tribu nostra timen-
tes deum ut comedant nobiscum. Qui reuersus nuntiauit unum de Hebre-
is iugulatum iacere in platea. Et exiliens Thobias ieiunus tulit corpus
in domum suam et post solis occubitum sepeliuit illud. Contigit autem ut qua-
dam die fatigatus a sepultura ueniens domum iactasset se iuxta parietem
et obdormiret et ex nido hyrundinum calida stercora super oculos
eius inciderunt ut fieret cecus. Hoc factum est ad eius probationem et exemplum
patientie. Ita et Iob. Iobus (?) [illegible] dominum. Anna uero uxor eius ibat
ad textrinum opus cottidie et de labore manuum suarum quod consequi po-
terat deferebat. Factum est autem ut edum acceptum detulisset domum. Cuius
balatum uir audiens ait: Videte ne furtiuus sit. Sed hoc irata uxor uocauit
manifeste facta est spes tua uana et elemosine tue perierunt. Et ingemuit Tho-
bias et ait: Domine secundum uoluntatem tuam fac mecum et precipe in pace recipi
spiritum meum. Expedit enim magis mori quam uiuere. Eadem die contigit ut Sara
filia Raguel audiret improperium ab ancilla sua dicente sibi: Interfectrix